



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De peccatis ex ignorantia, paragr. 14

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

id latum esse jus fortunarum in  
confef. quinquaginta, quod numquam  
ia o- fuit: necesse igitur tunc erit ape-  
sine rre iterum peccatum tuum, id  
hife- est furatum te esse centum au-  
ibi- reos. Expeditius te gefsiffes, fi  
in prima Confessione dixiffes,  
a ho- te furatum esse materiam gras  
rpe- vem: nam ad aliud deinde non  
x jus obligareris. Sed de hac re dice-  
tibi tur infra cap. 8. §. 1.

§. 14.

*De peccatis ex ignorantia.*

85 **Q**ui ex ignorantia vin-  
cibili, & mortaliter  
culpabili delinquit, ejusdem  
speciei peccatum committit, at-  
que is, qui scienter. a Ratio est  
quia finaliter malitia in utroque  
casu ex eodem objecto sumitur.  
Exemplis rem clarius propona-  
mus. Dicimus ejusdem speciei  
homicidium fecisse eum, qui oc-  
cidit

a Sanc. l. i  
in dec. c. 17  
n. 23.

Suar. de  
pœn. d. 22.

sec. 4. n. 14

Vasq. l. 2.

d. 11. qui

limitat in

infidelit.

F

cidit



cidit quem sciebat esse hominem, & cum qui occidit, quem ex negligentia moraliter culpabili non cognovit esse hominem, sed putavit v. g. esse feram. Eodem modo qui sacro interesse die festivo negligit: sive id ex consilio faciat, sive faciat ignoranter, cum tamen advertat grave debitum inquirendi, nec velit cum possit inquirere in idem specie peccatum incidit. Quare in utroque & simili quocumque casu sufficit hoc modo se reum in Confessione facere: Homicidium commisi: Missam non interfui die festo, &c.

86 Adverte tamen in duobus casibus esse ignorantiam explicandam. Primo, quando ignorantia excusat ab incurrenda censura, & quæ subinde imponitur violanti scienter, & temere aliquod præceptum. Secundo, quando ob ignorantiam aliquis exponitur periculo in alia spe

*7. Sin.*  
*plura.*



cie delinquendi, c. 7. g. si ignoret *c. Sanc. 32.*  
statum foeminae, quam quis co-  
gnoscit; tunc enim se exponit  
periculo adulterii, vel sacrile-  
gii, si nupta, vel Deo sacra sit.

87 Petes; ignorantia affecta-  
ta, qua quis consulto vult laborare,  
ut liberius peccet, v. g. vult  
ignorare hunc esse diem festum,  
ut sine remorsu negligat sacrum,  
vel opera servilia exercent; est-  
ne ejusmodi affectus in Confes-  
sione aperiendus? Respondeo  
non ita; quia id nec mutat spe-  
ciem, immo nec notabiliter ag-  
gravat.

*d. De Lug.  
de poen. d.  
16 sect. 4  
§. 6 n. 183  
cont. Sanc.*

§. 15.

*De peccatis ex Conscientia  
erronea.*

88 **Q**ui item peccat ex con- *d. Sanch.*  
scientia erronea, regu- *lib. 1. in*  
lariter non obligatur id explica- *Dec. c. 11.*  
re; v. g. putat quis hodie esse *n. 5.*  
F 2 diem